ciues existimauit. Neq: audire quicquam rerum diuinarum neq: aspicere
per desidiam atq: negligentiam: sed uacare a ceteris oportere mentē q:
adhibere. perinde ut rei ad pietatem maxime ac deniq: crepitibus stre
pitibus. gemitibusq: et queq: huiusmodi necessarios uulgariūq: artiū
labores consequuntur uias uacuas cerimoniis prestare. Quorū uestigiū
quoddam in hanc usq: diem seruantes cum imperator circa auguria
sacrificia ue uersetur clamant hoc age. que uox quotquot rei interfue
rint et conuertit et parat. Erant autem multa illius precepta pythago
ricis documentis q̃ simillima. quemadmodum enim monebant illi
sup chenice sedendum non ēē: neq: ignem gladio fodiendū: neq: pere
gre proficiscentibus retrouertendū et superis imparia litare. inferis uõ
paria. Quorum sensum per singula multitudini occultabant. Ita quedam
Nume patria instituta archanam rationem habent. Veluti diis liban
dum non ēē ex uitibus non putatis neq: sacrificandum sine farina.
Et cum adorent in orbem sese uertere oportere dein uõ sedere. ac p̄ma
quidem duo uidentur mansuetudinē edocere quasi ea pietatis pars
sit. Adorantium uõ illa uertigo ad mondani circuitus similitudinem
fit. Videri autem magis posset is qui adorat. q̃m aspectantibus templis
ad orientem aduersaretur ortus. hic mutare se ipsum & ad deū conuer
tere orbem faciens & absolutam precem utrinq: coniungens. Nisi me
dius egyptiis mutatio habitus et significat huiusmodi aliquid docet. rem
similem quasi nihil ex humanis rebus stabile et firmum sit. sed utcunq:
uertat deus reuoluatq: uitam nostram. id iucunde ac libenter admitti
conuiat. Sedere aūt cum adorarint auspicium ēē dicunt quo & rata
preces et in bonis perseuerantiam fore significatur. Aiunt et actionem
& diuisionem quietem ēē. Quasi igitur priori actioni fine imposito
sedendum sit apud deos. quo alterius rursum ineunde ab illis sumit
initium. Potest & hoc quoq: cum ijs que diximus congruere: assuefaciē
te nos legum latore non ēē deum interpellandū in occupatione ac ne
gligentia. sed cum tempus est nobis et ociosi sumus. Ex huiusmodi uõ
institutione in rem diuinam adeo urbs ad mansuetudinē et quietem
redacta est: et ita Nume uim admirata ut & absurdos ac perid fabulis q̃
simillimos rumores admitter& existimaretq: nihil ēē neq: abratione
alienū. neq: quod ubi ille uellet minus fieri posset. Itaq: ut aiunt cū non
nullos ciuis Numa ad conuiuiū inuitass& uasaq: abiecta et cenam
admodū uilem ac plebeiam apposuiss& iam illis cenare incipientibus ubi
sermonē iniecisset. ut ea dea cui ipse congrederet ad se uenerit subito do

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_919/0373

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG